



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae**

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus  
distributa. Quorum primus De Angelis

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1621**

XI. Vtrum primum peccatum Luciferi fuerit inordinatus appetitus  
supernaturalis beatitudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

sola intentione talis amor non fit super omnia, vt saepe dixi; & ex materia de Charitate, & de Penitentia est manifestum; nec aliud signum talis amoris haecenus excogitatum est, nec, vt arbitror, inueniri potest. In praesenti autem amor sui in Lucifero non potest reputari super omnia posteriori modo: quia non amat suam naturalem beatitudinem sub aliqua falsa apprehensione sicut excellentiae, excellentis capacitatem naturae, aut mensuram suae perfectionis, vt saepe dictum est, ac probatum, quia talis modus amandi non poterat esse sine magna mentis caecitate, quae peccatum primum non antecessit; ergo solum dici potest amor ille super omnia, quatenus est causa alterius ordinati affectus, qui habuerit pro obiecto bonum aliud praeter beatitudinem naturalem, fueritque propria superbia, non tantum per arrogantiam sui, inordinatam complacentiam, sed maxime per concupiscentiam alterius improporionatae excellentiae, & tunc in hoc affectu erit primum peccatum angeli: nam prior amor complacentiae sui solum denominatiue participat malitiam peccati, cuius est aliquo modo causa, vt in superioribus declarauimus.

Quo pacto  
amor sui in  
Angelo dicitur  
posse super  
omnia.

23.  
Obiectio  
pro prima  
sententia.

Contra resolutionem vero positam, & pro prioris sententia obiecti possunt nonnulla testimonia Augustini, in quibus aperte dicit, angelum peccasse, eo quod ad se conuersus, sua naturali perfectione delectatus, & quasi inebriatus Deum contempsit, & ad eius laudem conuersus non est. Ita loquitur lib. 4. Genes ad litter. cap. 24. & 32. & lib. 11. cap. 13. & lib. 11. ca. 13. *Sua, inquit, priuata potestate elatus. lib. autem 12. cap. 7. ait. sua potestate delectatus. Vnde lib. 14. cap. 13. generatim dicit; tunc aliquem inchoare superbiam, cum sibi nimis placet. Vnde Ambr. d. Epist. 33. de diabolo ait, cecidisse, quoniam sua potestate, & dignitate, quam à Deo acceperat, sibi placuit.*

24.  
Responsio  
pro nostra  
sententia.

Respondemus Patres in his locis, & similibus non excludere à peccato Luciferi appetitum vterioris excellentiae, quam aliis locis illi attribuunt, vt mox videbimus. In dictis ergo locis solum dicunt Luciferum peccasse ex contemplatione, & amore suae pulchritudinis, quod verissimum est; & indicatur in illis verbis Ezechiel. *Eleuatum est cor tuum in decoribus. Nihilominus tamen elatio illa distinctus actus, & amor fuit ab inordinato affectu alterius excellentiae. Nec oportet, vt in ipso amore, & delectatione sui praecesserit inordinatio, quia illa delectatio sui non fuit per se causa subleuatae superbiae, sed fuit aliquis occasio non data (vt sic dicam) sed accepta ab ipso angelo male vidente sua libertate, & bono affectu, occasionem superbiae ex naturali perfectione sui, eiusque cognitione, & amore, fumendo. Ac proinde illa complacentia sui non est mala, nisi propter adiunctum superbiam affectum. Vnde August. lib. 3. de liber. arbit. capite ultimo ait: Qui placet sibi ad peruersum imitandum Deum, vt potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse maiorem. Et hanc dicit diaboli superbiam fuisse.*

## CAPVT XI.

*Virum primum peccatum Luciferi fuerit inordinatus appetitus supernaturalis beatitudinis.*

1.  
Prima  
sententia  
affirma  
mans.

Theologi naturalem beatitudinem dixerunt credi posse obiectum superbiae angelicae, idem sub distinctione de supernaturali beatitudine sentierunt. Ita D. Thom. sup. & consentiunt fere expositores eius, & Heruæus, Agidius, Richardus, & Basfolis capite praecedenti allegari. Et Scotus non dissentit, nam peccatum angeli declarat non solum per complacentiam in bono habito, sed etiam per appetitum beatitudinis non habitae, quae in angelis non

fuit, nisi supernaturalis. Discrepat vero, quatenus peccatum per tale concupiscentiam committitur, non putat fuisse superbiam, sed nescio quam lauriam; in quo cum illo conuenit Gabriel, contra quam partem iam satis dictum est. Praeter hos vero doctores, hanc partem solum docent in 2. dist. 5. Albert. 2. Durand. q. 1. n. 14. Argent. dist. 6. q. 1. 4. 3. & clarus in 4. Idem dicit probabiliter ibi Maior. q. 2. quatenus absolute totam hanc rem, vt nobis ignotam relinquat. Idem sentiunt Scholastici, qui dicunt Luciferum peccasse volendo consequi beatitudinem sine meritis: nam licet non addat fuisse supernaturalem beatitudinem, tamen id non fuisse peccatum, nisi respectu illius. Et ita loquitur Alensis 2. p. q. 8. memb. 3. qua. Altifiod. lib. 2. sum. tract. 2. cap. 2. Martil. etiam in 2. q. 6. a. 2. cancl. 6. illum modum loquendi imitatur: sed magis accedit ad opinionem tractatam capite praecedenti.

Probari solet hae sententia ex Patribus: sed illa commodius inferius expendemus: nunc solum ratione sua detur hae sententia, quia angelus peccatum inordinate appetendo excellentiam in sua beatitudine, sed non in beatitudine naturali, vt à nobis dictum est: ergo in supernaturali. Consequenter est clara à sufficiente diuisione. Maior probatur ratione ex Scoto desumpta: quia angelus peccatum appetendo bonum delectabile, quia non potuit peccare appetendo honestum quia tale est, vt est per se bonum, nec appetendo vtile: quia vtile non appetitur nisi propter aliud propter se amatum: ergo peccauit appetendo delectabile: ergo primo peccatum appetendo summe delectabile, quod est beatitudo. Probatur hae vltima consequentia: quia vnaqueque potentia primo, ac per se appetit id, quod sibi est maxime delectabile intra laetitiam obiecti sui, vt gustus summe delectabile gustui, & visus sui: ergo voluntas primo fertur in beatitudinem, quae sibi maxime delectabilis est. Maxime vero confirmatur hae ratio, quia non est facile aliam excellentiam cogitare, quam angelus potuerit inordinate appetere, praeter supernaturalem beatitudinem: quia omnem aliam sibi possibilem iam habebat, & impossibilem appetere non poterat: quod si aliquid fuisse possibile angelo, praeter supernaturalem beatitudinem, non tamen erit secundum potentiam Dei ordinatum: sed secundum ab solutum. Verifimilium autem est, cogitasse magis angelum de summa excellentia sibi possibili simpliciter, & proximè coniuncta naturae suae, quam de alia quacunque: hoc autem est sola supernaturalis beatitudo: ergo.

In hac vero sententia explicanda statim occurrit difficultas in praecedenti capite proposita, nimirum qualis excessus, vel inordinatio inueniri potuerit in appetitu beatitudinis supernaturalis, propter quam superbiae malitiam angelus contraxerit: habet enim eandem, vel maiorem rationem difficultatis. Quia beatitudo supernaturalis est per se maxime amabile, vnde eius appetitus, desiderium, vel intentio obtinendi illam sunt honestissima: imo cadunt aliquo modo sub praecipuum, cum omnes viatores tam angelici, quam homines ad illam beatitudinem aspirare teneantur: ergo ex parte obiecti non potuit appetitus eius esse superbia. Nec etiam ex circumstantiis, quia non ex parte finis, cum illa beatitudo non propter alium finem, sed propter se ipsam appetatur, & eo ipso, quod propter se appetitur, propter Deum, appetitur: quia ipse Deus est intrinsecum obiectum illius beatitudinis, ac proinde in ipsa beatitudo principaliter appetitur. Nec etiam ex parte modi, quia quoad modum intentionis illa beatitudo est maxime appetibilis toto conatu possibili: ex alia vero circumstantiis non potest cogitari excellentia, vel inordinatio quoad modum appetendi, quia si fibilis fuerit angelo sine errore, quin eo praecedente

& fuerit causa, vel occasio talis excessus, vt discurrendo per varios modos, qui excogitati sunt, patebit. Cum ergo huiusmodi error in Angelis admittendus non sit, difficile videtur, hunc modum superbie circa tale obiectum explicare: & ideo varij modi excogitati sunt, quos expendere oportebit.

**4. Quo pacto aliqui occurrant proposita difficultati contra primam sententiam.**

**Explicatur ab Agudio admittendo errorem in Angelis.**

**5. Impugnatur hic modus Agidij primo. Secundo.**

**Tertio.**

**Explicatur D. Tho. & Bonau. supra adducti.**

**6. Responsio aduersario.**

re physice illam perfectionem, vel actum, in quo supernaturalis beatitudo consistit. Nam prater repugnantiam dictam, nullum motuum, vel coniecturam ad hoc credendum habuit. Nihilominus tamen alijs modis potuisse errare, credendo se posse consequi beatitudinem per sua naturalia. Primo quidem id intelligendo, non physico, sed morali modo, id est, potuisse proprijs meritis, quae sua libera voluntate poterat facere, illam beatitudinem obtinere, sicut Pelagius existimauit. Nam licet beatitudo a solo Deo supernaturali virtute fieri possit, potuit Angelus credere hoc ipsum Dei opus sibi deberi propter bona opera libertate sua facta. Vel secundo potuit Lucifer existimare sibi esse debitam illam beatitudinem sine meritis nouis, propter solam suae naturae excellentiam. Vel denique potuit existimare, se posse naturaliter illam obtinere, tum ex parte capacitatis receptivae suae naturae, tum ex parte proximae virtutis actiuae, saltem inchoatae, cui Deus cooperationem suam negare non debuisset.

Quod autem omnibus his modis potuerit errare Angelus, probatur, quia in his omnibus modis deceptionis error cadit in materiam aliquo modo supernaturalem, & ideo ex natura rei non repugnat talem errorem in Angelo inueniri. Nec etiam repugnare potuit ex vi fidei, quam in primo instanti habuit, tum quia potuit illam mutare pro sua libertate: tum etiam, quia non constat habuisse Angelos in primo instanti reuelationem expressam omnium istarum veritatum supernaturalium, videlicet quod nemo possit per naturalia opera liberi arbitrij supernaturalem beatitudinem mereri, vel quod illa beatitudo non sit connaturalis, vel connaturaliter debita: vel quod in natura creata non sit talis potestas effectiua illius beatitudinis, cui concursus diuinus ad illam in se efficiendam, sit connaturaliter debitus. Nec denique hoc repugnaret ordini prouidentiae diuinae, quia ille error esset voluntarius in Angelo, quia non ex reieuidencia, sed ex voluntatis determinatione contingere potuit. Vnde non esset sine culpa, quia illa voluntas, aut haeresim contineret, aut saltem esset valde temeraria, & arrogans, & consequenter error non esset tanquam causa subsequenter culpae, sed etiam effectus malae voluntatis praecedentis.

Propter haec videri potest haec sententia aliquo modo ex his explicata, non improbabilis. Et ego quidem fateor me non videre repugnantiam apertam in hoc, quod Angelus ante inordinatum appetitum supernaturalis beatitudinis, aliquo ex dictis modis circa illam errauerit, & ex illo errore in illum inordinatum affectum proruperit. Veruntamen in primis non video probabilem rationem, vel coniecturam ad suspicandum, nedum iudicandum talem errorem in Angelo fuisse. Deinde illo etiam permisso, non satis defenditur, beatitudinem supernaturalem fuisse obiectum primi peccati Angeli, nam ante appetitum illum praecessit culpa: nam ille error non potuit contingere sine peccato, vt mox dicebam. Imo illud peccatum debuit esse superbiae, vel aliunde superbiam supponere, iuxta resolutionem superius datam, quod primum peccatum Angeli fuit superbia. Ergo oportet aliud obiectum illius prioris superbiae assignare praeter supernaturalem beatitudinem. Sed de peccato erroris, vel haeresis, quomodo in Angelo fuerit, vel esse potuerit, dicemus inferius. Nunc ergo satis nobis est supponere primum peccatum Angeli, cuius obiectum inuestigamus, non processisse ex errore, quod supra probatum est.

Aliter igitur defendit illum modum explicandi dictam sententiam Vasquez supra: nimirum potuisse Angelum appetere beatitudinem supernaturalem sine meritis, hoc totum expresse in obiecto ponendo sine prauiore errore. Fundatur in illo principio supra currit, quod voluntas potest moueri ab obiecto simplici apprehensione proposito: Absque iudicio, inquit,

rum, quod potuerit Angelus multipliciter errare.

7. Probatur id fuisse possibile.

8. Hac responsio non est improbabili.

Non tamen satisfaci.

9. Vasquez a se Angelum appetere beatitudinem supernaturalem sine meritis, hoc totum expresse in obiecto ponendo sine prauiore errore. Fundatur in illo principio supra currit, quod voluntas potest moueri ab obiecto simplici apprehensione proposito: Absque iudicio, inquit,

plex apprehensio potest mouere voluntatem.

quit, compositionis, & diuisionis in intellectu. Vnde infert, potuisse Angelum apprehendere beatitudinem supernaturalem, tanquam sibi possibilem, & conuenientem, vt proprijs viribus obtinendam, & totum hoc apprehendere, vt quandam excellentiam suam, & vt talem illam appetere, & in hoc peccare nullo prauo errore. Quia in illa simplici apprehensione non est veritas, nec falsitas: vnde nec deceptio, vel error esse potuit.

10. Reijcitur hic modus vsq;.

Sed huius sententia fundamentum in capite praecedenti improbatum a nobis est. Non enim credimus voluntatem, praesertim Angeli posse moueri sine aliquo iudicio, in quo veritas, vel falsitas inueniatur. Quia vt in intellectu Angeli sit veritas, non est necessaria compositio actuum ex parte intellectus angelici, sufficit enim simplex actus, quo rem talem esse, vel non esse Angelus cognoscat, quod per actum simplicem facere posse, in libr. 2. ostensum est. Vt autem voluntas Angeli amet, vel desideret aliquid obiectum, necesse est, vt praecedat cognitio illius sub ratione boni, non abstractando, vel praescindendo (vt sic dicam) ab esse, vel non esse, sed cognoscendo hoc esse bonum cognoscenti, & appetere illud esse sibi conueniens. Nam sine tali cognitione quomodo voluntas mouebitur ad appetendum illud? At vero illa cognitio siue sit per actum simplicem, siue compositum, intrinsece includit iudicium. Accedit quod illa apprehensio simplex solum dicitur sufficere ad simplicem affectum voluntatis, qui ad peccatum Angeli explicandum non sufficit, vt latius dicemus inferius tractando de appetitu absolute & qualitate Dei.

11. Secundus modus principalis occurrendi difficultati.

Est ergo secundus principalis modus explicandi hanc sententiam, quod Angelus appetierit supernaturalem beatitudinem sine meritis, non positue (vt sic dicam) apponendo illud additum in obiecto, seu directe volendo illam negationem, sed ex parte affectus ab illa praescindendo, id est, volendo absolute ipsam beatitudinem, non cogitando de meritis, nec volendo expresse habere beatitudinem per merita. Nam eo ipso, quod angelus non voluit beatitudinem per merita, virtute voluit sine illis eam habere. Huc dicendi modum tradit D. Thomas, si attente legatur, in d. 9. q. 2. a. 1. ad 4. coniungendo doctrinam illius solutionis cum his, quae docet in a. 3. Et ita illum exponunt, & sequuntur Heruzus, Capreolus, Caietanus, Ferrara, & alij Thomistae: & consentiunt Durandus, Argentinas & Altihiorensis. Et probatur primo a sufficienti partium enumeratione, quia Lucifer peccauit appetendo supernaturalem beatitudinem modo indebito, & non expresse volendo ipsum modum ex parte obiecti, vt dictum est, ergo implicite, seu virtualiter volendo illum modum, vtique voluntarie exercendo talem actum sine tali modo.

Probatur.

12. Refellitur primo.

Hac vero sententia habet difficultates tactas in praecedente. Prima, quia non constat de obligatione apponendi talem modum in desiderio, vel appetitu supernaturalis beatitudinis, nimirum, vt expresse tanquam consequenda per auxilia gratiae appetatur, modum illum, quasi partem obiecti expresse volendo. Nam qui vult finem, non semper vult expresse, vel determinate media, sed potest simpliciter velle sanitatem, nihil cogitando de medijs, nec an a Deo, vel ab alio obtinenda. Et quotidie affectum gloriae habemus, non expresse volendo illam per auxilia gratiae, nec de illis cogitando, & non propterea peccamus, quia illa non excludimus, licet ab illis praescindamus. Imo eo ipso quod illa non excludimus, virtute illa volumus, quia talis finis ex natura sua illa postulat. Ergo si Lucifer nihil aliud in expresse obiecto suae voluntatis habuit, quam supernaturalem beatitudinem, & formaliter non exclusit merita, vel auxilia gratiae, ergo nec virtualiter illa exclusit, ergo in eo non peccauit.

13.

Dices illum peculiari praeepto fuisse obligatum

ad volendam tunc beatitudinem tali modo. Sed contra primo, quia licet demum hoc praeeptum aliquo modo obligare, cum tamen sit affirmatiuum, non obligat pro semper, cur ergo dicemus obligasse pro illo instanti? Dices habuisse de hoc peculiari praeepto posituum Dei. At hoc est diuinare, quia de tali praeepto non constat. Dices, non fuisse omnino posituum, sed connaturale gratiae vitoris, & obligasse pro illo instanti, quia erat vltimum viae. Sed contra hoc etiam obstat, quia iam Lucifer in primo instanti illud praeeptum impleuerat. Replicari vero potest, quia in secundo instanti cum plene deliberabat, tenebatur, quasi ratificare priorem voluntatem minus deliberatam, vt secum meritum confirmaret. Sed licet hoc sit probabile, est valde incertum, & insufficientes ad propriam malitiam peccati Luciferi, eiusque grauitatem explicandam.

Vnde argumentor secundo: quia vel Lucifer in illo secundo instanti considerauit beatitudinem illam non posse sine meritis gratiae obtineri, vel hoc non considerauit, sed totus fuit quasi abhorrens in excellentia illius beatitudinis contemplanda. Si dicitur primum, non videtur credibile, Angelum considerando actualem modum necessarium ad illam beatitudinem obtinendam, nihil per voluntatem circa illum decreuisse, & appetendo illam beatitudinem abstractasse per voluntatem ab illo modo, factu illum considerabat. Vnde dicti auctores non admittunt talem considerationem, sed potius aiunt Luciferu id non considerasse, & ideo per incogitantiam peccasse. Et confirmatur: nam si actu considerauit, beatitudinem illam propter merita gratiae obtinendam, vel apprehendi illa, vt necessaria, vt non necessaria, sed tantum vt possibilia, vel vtilia. Si primum dicitur, impossibile fuit velle efficaciter beatitudinem, & qualiter, vel necesse est, indicata, si vero dicitur secundum, ponitur error in angelo, quod existimauerit, beatitudinem illam posse sine meritis comparari. Nec enim dici potest, Angelum cogitasse de illis medijs, non cogitando, an essent necessaria, necne, sed praescindendo. Hoc enim est contra naturalem modum cognoscendi Angeli, nam vno intuitu perfecte deliberauit, & cognoscit medium, & qualiter, & non media necessaria, inquam quod gratis omnino dicitur, Angelum habere actualem considerationem gratiae, & gloriae, & voluisse gloriam, & non gratiam, eiusque auxilia, & ne illa vt necessaria, siue vt vtilia considerauerit. Quia illa omnia libere velle poterant, & omnia pertinebant ad magnam perfectionem, erantque inter se connexa. Vnde ergo dicere possumus illa omnia actu considerasse, & vnum, ac non aliud voluisse.

Si autem altera pars, quae communis est, defendatur, nimirum per inconsiderationem voluisse beatitudinem sine meritis, statim interrogandum occurrit, an illa inconsideratio fuerit omnino naturalis, & involuntaria, vel fuerit volita. Nam si primum dicitur, quid quid ex illa secutum fuit, non potuit ad peccatum imputari, quia sicut ignorantia in inuitabilis, ita inconsideratio naturalis a peccato excusat. Si autem fuit volita, ergo praesens cogitatio eius, ergo non fuit omnino inconsiderata. Dices praesens se aliquam cogitationem generalem, quae sufficeret ad indirectum voluntarium, non ad directum. Sed contra, nam illud voluntarium indirectum debuit necessario fundari in aliquo directo, id est, in voluntate applicandi mentem ad aliam considerationem, quae qua dicta inconsideratio resultauerit: & tunc in tali voluntate erit prima Angeli malitia, non in alio actu appetendi, qui ex subsequenti inconsideratione sequitur. Sed responderi poterit, hoc peccatum tanquam vnum cum subsequenti affectu inordinato computari, quia illa voluntas solum est mala, quatenus media inconsideratione, causa est talis defectus in beatitudinis appetitu. Quapropter haec dux rationes

Impugnatio- nes dua non omnino conuincunt propter probabiles aduersarioum suasiones.

16. Refelluntur tamen tertio argu- mento, tripartito. Probatur prima pars argumenti.

licet probabiles sint, & ostendant communem illam sententiam fundari satis non posse, & difficilem creditu esse, non tamen efficaciter conuincunt falsam esse. Tertia vero ratio in præcedenti capite adducta non minorem efficaciam in præfenti habere videretur, quia iuxta illam sententiam peccatum luciferi fuisse peccatum omissionis, & non commissio- nis, multo minus fuisse peccatum superbiae, nec admodum graue. Probatur sequela quoad singulas partes. Quia in primis amor beatitudinis simplex (vt sic dicam) seu absolutus, & præcisus à volitione medio- rum, per quæ acquirenda est, non est de se malus, ergo si aliquando quis peccat, sic amando beatitudi- nem, non peccat in eo, quod agit, sed in eo quod non agit, quando plus agere tenebatur, ergo peccat peccato omissionis, & non commissio- nis. Sicut qui soluit quinque, cum septem soluere debet, omittendo tantum peccat, quia non in eo, quod facit, sed in eo quod non agit, delinquit. Sic autem peccauit Angelus iuxta illam sententiam, vt ex dictis patet. Et signum optimum est, quia nisi supponatur præceptum affirmatiuum obligans pro illo tempore instanti ad volendum expresse gloriam per merita, nulla ratio culpe in illo simplici amore beatitudinis inuenietur, ergo signum est, totam illam culpam in omissione positam esse. Et declaratur amplius, quia ille modus volendi per merita non est circumstantia necessaria ad honestatem amoris beatitudinis, potiusque est quasi effectus huius amoris, ad eum modum, quo electio est effectus intentionis: qui autem bonum finem intendendo, non eligit apta media, quando tenetur eligere, non peccat committendo, sed omittendo, & in vniuersum, qui habet principium operandi sine operatione debita, per omissionem tantum peccat, ergo idem est in nostro proposito.

17. Vnde probatur altera pars: nam etiam si quis dicat illum appetitum beatitudinis esse inordinatum, eo quod careat illo expresse respectu ad talia media, scilicet merita, vel auxilia gratiæ, & ideo contendat illum actum esse peccatum commissio- nis. Nihilominus non erit peccatum superbiae, sed malitia talis actus erit eiusdem rationis cum omissione, etiam si materialiter (vt sic dicam) ratione actus vocetur commissio: Sequela probatur, quia illud peccatum non est per appetitum excellentiæ impropor- tionate, nec omisio illius relationis ad merita nascitur ex appetitu eiusdem beatitudinis, vel alterius nimis excellentiæ, sed ex sola quadam inaduertentia, vt a- lij auctores fatentur. Ergo ibi non interuenit malitia superbiae, quæ appetitum inordinatum excel- lentiæ requirit. Neque dici potest illammet inconfide- rationem supponere in affectu beatitudinis aliquem excessum à quo oritur alius defectus omissionis, & ratione illius excessus esse superbiae, hoc (inquam) dici non potest, quia in illo appetitu beatitudinis nec est excessus in ipso obiecto, quia est de se opti- mum, nec in modo intentionis, quia ex hoc capite actus non fit malus, vt sepe dixi, nec in modo appre- hensionis, quia ex vi illius appetitus nullum præcep- tum violatur, quia cum toto illo affectu posset esse consideratio meritum, & relatio ad illa: quod si omittitur, erit aliunde ex liberare voluntatis, ergo inde non fit ille amor beatitudinis in se malus, vel etiam si heret, non habet malitiam distinctam à suo effectu, non ergo supponitur in illo malitia superbiae.

18. Ex quo tandem concluditur vltima pars, nimi- rum tale peccatum non multum graue esse potuisse: quia solum esset, vel omisio cuiusdam præcepti, quod non est de re multum graui, actualis enim relatio ad merita non est res multum ad salutem ne- cessaria per se loquendo. Possunt enim fieri merita sine intentione merendi, sed tantum amandi Deum, vel propter ipsum bene operandi. Et ita etiam potest

Suarez de Angelis.

beatitudo per merita comparari, sine intentione volendi illam propter merita, vel per merita, ope- rando simpliciter propter Deum. Denique potest bea- titudo desiderari, seu sperari à Deo sine recordatio- ne meritum, & consequenter sine relatione ad il- la, ergo licet fortasse hæc relatio omittatur, quando præcipitur, & maxime, si per inconsiderationem contingat, licet aliqua culpa sit, non tamen adeo gra- uis, quantum peccatum Angeli esse creditur, & in Scriptura significatur.

Propter hæc non videtur sufficienter dictis modis explicari, quomodo supernaturalis beatitudo po- tuerit esse superbiae obiectum. Nihilominus tamen possumus alios excogitare. Vnus est traditus ab Sco- to supra, quia potuit angelus appetere beatitudinem cum affectu celerius illam obtinendi, quam secun- dum regulam rationis, ac diuinæ prouidentiae pos- sit. Quauis enim in naturali beatitudine hic excel- sus locum non habuerit, quia illa fuit coniuncta cum natura, alia ratio est de beatitudine supernaturali, quæ non statim fuit collata, nec in primo instanti, nec in secundo. Potuit ergo Lucifer in illo met secun- do instanti, cum se ad clarum Dei visionem non sta- tim eleuari conspiceret, illam tanquam sibi debitam affectare, eiusque dilectionem indigne ferre. Hunc autem affectum concipere potuit sine errore, iudi- cando solum excellentiam illius beatitudinis esse sibi conuenientissimam, & dilationem eius esse sibi disconuenientem, & non consentaneam perfectioni suæ naturæ, & meritis, quæ in primo instanti iam ha- buerat, non considerando, an esset prius necessaria perseverantia per pleniorē, magisque delibera- tam in Deum conuersionem.

Sic ergo in illo affectu non est repugnantia, & sit verisimilis ex illo fundamento ab Ezechiele indica- to, & à Patribus supra allegatis, tradito, quod captus amore sui, plusquam oporteret, suam exaltationem concupiuit. Et hoc etiam indicauit Anselmus, di- cens, Angelum, insolenter appetendo bonum, quod nondum habebat, amisisse illud, quod habuisset, si debito modo illud appetuisset. Merito enim dicitur quis insolenter appetere aliquid à superiore dan- dū, quando illud aliter, quam ab illo sit ordinatum, habere vult. Neque bonum illud, quod Angelus ha- buisset, si per insolentiam illud non amisisset, aliud, quam supernaturalis beatitudo esse potest. Item iux- ta hunc modum intelligi possunt Patres, quando di- cunt peccasse Luciferum, Quia ipse sibi ad beatam vitam sufficere voluit, vt loquitur Aug. 12. de Ciuit. cap. 1. vel, quia se sibi sufficere iudicauit, vt loquitur Greg. 1. 34. Mo- rta. c. 14. alias 17. non enim intellexit Augustinus cre- didisse angelum ipsum sine Deo sibi ad beatitudinem sufficere, vel obiectiue, vel efficienter, vt quæ enim est stultissimus error contra rationem naturalem, intel- lexit ergo, ita Luciferum appetuisse supernaturalem beatitudinem, ac si ad illam sibi sufficeret: hoc e- nim merito intelligitur facere, qui appetit insolenter beatitudinem, & non secundū ordinē à Deo præ- scriptū. Vel etiam intelligere potuit, quod angelus se sibi sufficere iudicauit ad obtinendam beatitudinē, non secundum puram suam naturam, sed illis virtu- tibus, & gratijs, ac meritis, quibus se in principio suæ creationis ornatum conspicebat. Iudicauit, inquam non speculative, sed practice, vt quæ ita sibi proponen- do beatitudinem appetendam, & expectandam, ac si iam illa sufficientissime dignus existeret.

Possunt etiam in hunc modum intelligi Patres, qui dicunt, demonem per insolentiam, & arrogantiam morbum corruisse: vt loquitur Theod. 1. 5. de diuin. decret. cap. de diabolo. Nullo enim modo melius expli- catur insolentia, quam per illam voluntariam appete- rentiam pro indebito tempore. Sic etiam potest satis commode dici, quod in alio sensu dixit Tertullianus, angelum per impatientiam corruisse. Quia impa- tiens moræ in appetenda beatitudine inuentus est.

Aaa 2

Deni-

19. Afferuntur modis alijs occurrenti- bus capi- tis. Vnus mo- dus tradit⁹ ab Scoto.

Declaratur & probatur.

20. Confirma- tur primo ex Scrip- turæ & Pat- ribus.

21. Confirma- tur secunda ex alijs Pa- tribus.

*Suadetur tandem per limitationem.*

Denique ita posset exponi, vel limitari, quod Lucifer appetiuerit gloriam sine meritis, utique auctis, & confirmatis in secundo instanti, hoc enim facilius potuit sine errore per inconsiderationem appetere, iudicando id fuisse simpliciter possibile, nullo considerato respectu ad diuinam ordinationem, & ad maiorem sui exaltationem suam, esse sibi valde conueniens. Est ergo hic modus probabilis, sed incertus, parumque demonis superbiam exaggerans.

22. *Alter modus qui posset afferri non eodem modo probatur.*

Alius denique modus huius inordinati affectus esse potuit in eius excellentia, seu intentione. Non quidem ex parte actus appetendi, hoc enim factis iam improbatum est, sed ex parte beatitudinis concupiscentie. Itaque credibile est appetiuisse Luciferum beatitudinem singularis intentionis, claritatis, & excellentie, ita ut super astra Dei exaltaret solium suum. Hic enim affectus possibilis profecto fuit, quia obiectum erat simpliciter possibile, & apprehendi potuit sine errore, ut absolute conueniens Lucifero, ut per se patet, quia esset perfectio accidentalis, quae naturam non destrueret, sed perficeret: & de se erat sufficiens, imo, & magnum obiectum superbiae. Quia licet visio Dei in quacunque intentione, & perfectione infra comprehensionem sit per se amabilis, & honesta, nihilominus appetere illam principaliter propter eminentiam respectu aliorum, & solum ex amore propriae naturae, & propter decorem, & dignitatem eius naturalem, affectus est superbiae inordinatissimus. Cuius rei aliquale exemplum fuit in duobus filiis Zebedaei sedem dextram, & sinistram a Christo petentibus, Matth. 20. quanquam enim illi nihil de caelestibus sedibus cogitarent, tamen si eodem intuitu, & affectu illas peterent, non minus, imo magis superbi fuissent.

*Occurritur tacita obiectioni.*

23. *Confirmatur ex Patribus.*

Postulamusque in hanc sententiam allegare Chrysostomum, homil. 17. in Genes. dicentem diabolum fuisse de caelo pulsum, Quia plusquam dignitatis sua erat. Sapere voluit. Et Hieronymum, in verba illa Ezech. 28. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, dicentem: Ut dum plus vis esse, quam conditus es, & magis sapere, quam a Deo acciperas, etiam id perderes, quod habebas. Adde etiam Gregor. 24. Moral. cap. 4. alias 7. dicentem: Quisquis bonum locum se habere singulariter gaudet, quisquis videri sublimior ceteris querit, illum imitatur, qui de seculo bono societatis Angelorum, sedem suam ad Aquilonem ponens, & Altissimi similitudinem superbe appetens per iniquum desiderium, quasi ad quoddam culmen conatus est singularitatis erumpere. Hic autem excessus intelligi potest, vel per comparisonem ad alios Angelos tantum, & ita videtur loqui Gregor. in eo tamen non videtur tam magnus superbiae tumor apparere. Potest etiam per comparisonem ad Christum mente sibi propositum intelligi, & sic ingens inuenitur superbia, illa vero aliam maiorem supponit, de qua post sequens caput dicturi sumus.

*Quibus modis haec excellentior beatitudo intelligi possit. Primus.*

24. *Secundus. Tertius.*

*Quartus.*

Vel etiam potuit Lucifer appetere singularitatem in illa beatitudine respectu omnium hominum, non solum volendo illos in perfectione gloriae suae superare, hoc enim magis esset tolerabile, sed etiam nolendo, ut homines illius beatitudinis participes, vel secum fierent confortes: quod habet locum iuxta quandam Bernardi infra tractandam. Vltimo tandem cogitari potest ille excessus non solum per comparisonem ad alios, sed etiam per modum cuiusdam perfectionis absolutae, capacitatem personae creatae excedentis: ut si dicatur Lucifer appetiisse comprehensionem Dei, seu infinitam eius visionem, vel intentionem, vel extensionem, vel simpliciter quoad omnia possibilis: vel saltem quoad omnia Dei consilia, & libera eius decreta, & consequenter quoad omnia eius opera praesentia, & futura. Ex quibus modis aliqui implicant contradictionem in ipso obiecto, de quibus an potuerunt appeti, dicemus in capite sequenti. Alij vero non sunt impossibiles, & ideo appeti potuerunt, ut scire omnia secreta Dei, an vero

*Aliqui ex his modis non sunt impossibiles.*

de facto ita contigerit, sciri a nobis non potest. Quod vero coniectari possit tractando de alijs obiectis in capitibus sequentibus attingemus.

CAPVT XII.

*Utrum Lucifer peccauerit absolute Dei aequalitatem appetendo.*

CVm ex dictis in praecedentibus capitibus, vel probabilibus appareat neutram beatitudinem fuisse obiectum superbiae angelicae, vel saltem rei valde incerta sit, inuestigandum superest, quantum alia excellentia esse potuerit, vel etiam fuerit. Et prima omnium occurrit excellentia increata diuinitatis: nam si haec a creatura appeti potest, profecto nulla potest esse maior superbia, quam eius appetitus, cumque superbia Luciferi esse credatur maxima, verisimilest, hoc fuisse primum, ac proprium obiectum Luciferianae superbiae. Primum ergo potuit esse Angelum hanc excellentiam, & naturalem, accidentalem cum Deo aequalitatem appetere, docerunt Scot. 2. dist. 6. q. 1. & ibi Gabr. art. 3. dist. 2. Bar. sol. art. 1. Maior. q. 1. Licher. ibid. & alij moderniores, quos P. Valquez sequitur dist. 23. q. 2. Fundamentum est, quia excellentia diuinitatis per se est maximum bonum, maximeque expetibile, & nulla sufficienti ratione probatur esse impossibile Angelo hoc bonum appetere, ergo potuit illud appetere. Tota vis rationis consistit in minori propositione, quam postea rationes proponendo, eaque examinando, expendemus. Hoc autem principio potius, & valde probabiliter ex Scripturis, & Patribus colligitur, videtur, Luciferum diuinitatem, & absolutam cum Deo aequalitatem affectasse. Primo ex verbis Isaiae primo 34. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo, nec quis quauis enim de similitudine, quae minor esse potest, quam aequalitas, loquatur, nihilominus similitudo sine aequalitate perfecta, non est, & si omnia antecedentia verba considerentur, videntur perfectam similitudinem exigere. Accedit, quod Ezechiel. 28. dicitur, Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedes in cor de maris. Et deo Angelus primus, qui Lucifero restitit, dixit: Quis sicut Deus. Et inde nomen Michaelis accepit. Quae verba supponunt Luciferum Dei aequalitatem affectasse.

Secundo fauent Patres, qui interdum verbis similibus, interdum aequalitatem loquuntur. Praeterea tim vero Nazianzenus cap. 6. dicens:

*Lucifer, (eximio nam quod fruere honoris) sperabat regale Dei, solumque deusque.*

Et infra:

*Dum Deus esse cupit tetra caligine totius obrutus est.*

Vnde Orat. 27 in suam defensionem non. 8. his verbis exponit elationem Luciferi, Indignam, atque inuoluntariam dicebat, se cum diuinus esset, non Deum quique existimari. Idem videtur sentire Greg. Mag. lib. 4. Epist. 38. alias cap. 82. Quatenus ait, voluisse Luciferum malum subesse, hoc enim idem est, quod esse Deo non inferior, ac proinde aequalis, vel superior. Idem habet, & multis modis explicat lib. 34. Moral. cap. 17. alia 14. Augustinus etiam 14. de Ciuit. cap. 11. dicit, Luciferum quodam quasi tyrannico festu gaudere subditum magis, quam esse subditum eleuasse. Et Ambr. d. Epist. 33. de eodem Lucifero, ait: Quoniam sua, quam accepit potentia, & dignitate sibi placuit, seque auctorem suae gloriae comparauit a caelesti subimitate delectus est. Cuius in Platim. 118. Oct. 3. Ille, ait, se se exaltauit, ut vellet aequari, & similibus esse altissimo. Et Chrysostomus, hom. 3. de verbis Isaiae, dicit, inquit, sperauit aequalitatem, quae reuocem eum calce expulsi. Hieron. seu auctor commentar. in Job 24. dicit affectum esse diuinitatem. Hieron. lib. 1. de sum. bone esp. 10. Dicit per tumorem se contulisse dicit. Et Petrus Cellensis lib. 2. de